

RECTOR
ACADEMIAE LVDOVICIANAE
IO. LVDOVICVS
ALEFFELD,

PHILOS. NATVRALIS PROF. ORDINARIVS
ET FACVLT. PHILOS. h. t. DECANVS,

VNA CVM VNIVERSO
SENATV ACADEMICO

LECTIONES

TAM PVBLICAS, QVAM PRIVATAS
PER INSTANS SEMESTRE AESTIVVM,
AB OMNIVM FACVLTATVM

PROFESSORIBVS
HABENDAS

INDICIT, ET AD EAS SEDVLO AVDIENDAS

GENEROSOS NOBILISSIMOSQVE
ACADEMIAE CIVES

PERAMANTER INVITAT.
DIE III. APRIL. ANNO MDCCCXXXI.

SVB SIGILLO ACADEMIAE MAIORI.

GISSAE, TYPIS EB. H. LAMMERS, ACAD. TYPOGR.



In Facultate Theologica.

D. IO. GEORG. LIEBKNECHT,


*SS. Theol. P. P. O. Superintendens, Consistorialis, & Stipend.
Princip. Ephor.*

Publice hor. XI. controversias, recentius exortas continuabit, easdemque, si negotia ecclesiastica alia permittent, vberius ventilandas auditoribus exhibebit. *Privatim* hor. II. Chronotaxin, vna cum Historia ipsa **V. T.** ea methodo, quam huc vsque obseruauit, nec non Lectionem Biblicam, ad veram vndique vitae christianae praxin directam, instituet.

REINH. HENR. ROLLIVS, D.

*Prof. Theol. Ord. Consist. Principalis Assessor, & Distr.
Alsfeld. Superint.*

Publice hora IX. paucis, quae restant in doctrina de *federe gratiae ejusque Oeconomia*, trium vel quatuor hebdomadum spacio excussis, bono cum Deo *Comparisonem Marci Evangelistae cum Mattheo* instituet, & quam parum sibi constent, qui, ad imminuendam Evangelii secundum Marcum auctoritatem divinam, nudam illud esse Matthæi epitomen dictitant, ostendet. Alternis etiam vicibus *versionem novi test. Zinzendorfsianam* sub examen vocabit, & quam temere suscepta ea fuerit, quanto opere item a textu sacro abscadat, quamque aduersa sit puriori doctrinae, ad oculum demonstrabit. Hora vero quarta, diebus *Mercurii & Jovis* disputationes in *Fechii* Syllogen controversiarum continuabit. *Privatim hora VII.* ad finem superiore semestri perductis commentationibus in Augustanam *Confessionem*



fessionem ejusque Apologiam, *Articulos Smalcaldicos*, præmissa illorum historia, explicabit, quæque dubia & obscura quibusdam in illis visa sunt, enodabit. Addet & alternis horis *historiam Cartesianismi & Coccejanismi*, subjuncto de utroque judicio, & syllabo errorum, juxta seriem locorum theologorum.

IO. HERMANNVS BENNER,

SS. Theol. Prof. ord. & Paedagogiarcha.

Epistola ad Colossenses *publicis* per hiemem operis absoluta, insigniores ex utroque foedere pericopas illustrabit. *Privatim* theologiam dogmaticam nuper ad finem perductam, rursus ordietur; ubi mysteriorum cum recta ratione concordiam haud negliget. Quocirca & recentiore methodum, vulgatis iam libellis celebratam, si qui volent, sequentur. Theologiam moralem annuo labore expeditam, pari studio redintegrabit. Quo in genere cum nondum superet *latinum compendium*, suis numeris absolutum, liberiore cursu feretur. Reliqua sunt penes auditores, quorum commoda & desideria, typographo quoque in partes vocato, pro norma erunt.

ERN. FRIDER. NEUBAVER,

SS. Theol. D. eiusque Prof. publ. extraord.

Publice *exegetin dictorum* scripturae probantium ad ordinem ductumque **b. BAIERI**, a clarissimo quondam **CHRISTIANO STOCKIO** peculiariter libro, *fundamenta theologiae Baerianae* dicto, collectorum, Deo bene iuvante, dabit. *Privatos labores* desideria Dnn. Commilitonum formabunt. Offert autem diligentibus ac gratis auditoribus vel collegium *theticum* ad **BAIERI** compendium, vel *morale* ad **BVDDEV**M, vel *hermeneuticum* ad **RAMBACHIVM**, vel *historiam ecclesiasticam N. T.* ad **LANGIVM** aut **PFAFFIVM**, vel *exegetica* ad unum alterumve novi aut veteris test. librum. Optat quoque occasionem disputationes quasdam publice habendi, quum haec exercitia iam nimium quantum vile-

In Facultate Juridica.

Dr. JOH. FRIED. KAYSER,

Consil. Hasso-Darmstatt. Jur. Prof. publ. prim. & rerum Oeconomicarum in Alma Ludoviciana Inspector perpetuus.

Faltis collegiis omnibus, quae praeterlapso semestri habuit, tam privatis quam privatissimis, ad novos labores, Deo vires & sanitatem conservante, accedet, & per instans quidem semestris aetivum lectiones Juris publ. denuo aperiet, in reliquis partibus Jurisprudenciae officio suo nec defuturus; vbi praestantissimi Dn. Dn. Commilitones studium & industriam Eius debite provocaverint.

D. JOH. FRIED. WAHL,

P. P. O.

Publice institutiones D. JUSTINIANI praeeget. Lectiones privatissimas ad Digesta & Jus Canonicum ad umbilicum adducet. In novis Collegiis privatis, ad jus criminale vel feudale aperiendis, desiderio Dn. Commilitonum velificaturus.

**D. HENRICUS CHRISTIANUS
SENCKENBERG,**

Prof. Juris Ord. Consil. Sereniss. in Regimine ut & divers. Princ. ac Stat.

Hactenus pluribus negotiis impeditus, jam vero studiis suis redditus, praeeget I. *Publice* denuo textum *Aureae Bullae*, cui habitum Germanici Regiminis antiquum & modernum praemittet, hora ab VIII. ad IX. *Privatim*, II. *Processum Juris Communem*, cum eo quem summa Imperii Dicasteria sequuntur, collatum, cui accedent Elaborationes singulis Sabbathi diebus hora IX. Deinde III. *Jus Germanicum* ductu dederit *Unsangsgründe* hora X. & IV. *Jus Feudale* juxta ordinem *primarum ejus linearum* a se editarum hora XI. non defuturus in Civili aut Canonum Jure, si qua opera sua desideretur.

JOH.

JOH. HARTMUTH RAYS,

Jur. Utr. Dr. & Prof. Publ. Ord.

Publicum *Jurisprudentia criminalis* collegium Elementa Dn. BOEHMERI secururus aperiet. Privatim *Institutiones juris civilis*, nec non *Pandectas* duabus, prout haecenus consuevit, per singulos dies horis docebit. Illorum quoque commodis, quibus relictis professoriis mox judiciaria subfellia occupandi animus est, lubens inserviet, & quod nuperrime finit *practicum* desiderantibus repetet *collegium*.

ERN. CHRISTOPH. ARNOLDI,

J. U. L. & P. P. facultatis Juridicae Assessor.

Superiori semestri coeptas lectiones privatas ad Illustris BOEHMERI *Institutiones Juris Canonici*, nunc publice hora X. continuabit, Deique elementi auxilio, ea, quae adhuc circa Jus Parochiale & reliquas tam Sponsaliorum quam criminum materias supersunt explicanda, absolvet. Privatim vero Collegium ad *Institutiones, Compendium Juris LAUTERBACHII, ad STRUVII Jurisprudentiam & STRYKII Examen Juris Feudalis*, aperiet, simulque Jus publicum trader, ac Notitiam Statuum Europaeorum, praesertim Regum hodie mutuis bellis occupatorum in varias provincias & regna praetensiones ac jura, ex Geographia B. vener. Parentis Historico-Politica monstrabit. Commoda etiam honoratissimorum Commilitonum non solum Collegio practico adjuvare, sed etiam omnes Lectiones tam publicas quam privatas semestri spatio finire, nec aliis in partibus legitimae scientiae, desiderantibus deesse, decrevit.

In Facultate Medica.

D. JOH. CASIMIR HERTIUS,

P. P. O.

Publice ad rei herbariae delicias redibit, notas plantarum characteristicas denuo traditurus: Privatim collegium anatomicum, aut, si ita placuerit, chirurgicum quoque aperiet.

LVD.

LVD. HENR. LEO HILCHEN,

Med. D. & P. P. O.

Publice *Semiologiam generalem*, hacque absoluta, *doctrinam de Diaeta* pertractabit. Priuatim *Praxin generalem & specialem* tradet & in *cur-su uniuersae Medicinae*, quem nuper exorsus est, sedulo perget. Quibus laboribus adijunget *collegium examinatio - disputatorium*.

D. GERARDUS TABOR,

P. P. O.

Quamprimum Patriae, Academiaeque restitutus fuerit, officio suo cum publice, tum priuatim pro virili satisfaciet.

In Facultate Philosophica.

CHRISTOPH. FRIDERICVS
AYRMANNVS,

Histor. & Philos. Prof. pr. & Bibliothecar. Acad.

Ab hora II. ad III. postmeridianam *Historiam uniuersalem* ad ductum Cellariani *Compendii* praeteret, postquam nuper *Historiam litterariam & alios labores* absoluit. Commodis quoque horis *nouas praelectiones* in *Historiam Germanicam* aliasue *studii historici partes* inchoabit.

JAC. FRID. MÜLLER,

Philos. Prof.

Publicis praelectionibus eam tradet disciplinam, quam *Committiones* praerobant. Quocunque ceterum modo *studia illorum* iuvare poterit, non deerit annuente Deo.

JOH.



IOH. LVDOVICVS ALEFELD,

Philos. naturalis Prof. ord.

Quae & Physica speciali supersunt, *tria naturae regna* breui compendio exponet, eoque labore defunctus *uniuersam Philosophiam naturalem* de integro tradere aggredietur, additis subinde experimentis minus sumtuosis, quibus dogmata probari aut illustrari queant, ut vel hoc modo illos, qui ne Dei quidem opera sine explorata lucti spe nosse cupiunt, ad haec studia alliciat. In lectionibus *Iuris naturalis* Puffendorffii Libr. II. explanabit. Nec deerit in aliis, quantum per muneris, quo iam fungitur, negotia licebit.

D. ERNEST. FRID. NEUBAVER,

Theol. ac Philos. D. Antiq. nec non Philologiae sacrae & orientalis Prof. publ. ordin.

Recitationibus publicis dicta scripturae probantia, ex *graeco* pariter atque *ebraeo* fonte, adcurate explicabit, utque in succum & sanguinem conuertantur, operam nauabit. Priuatim iis, qui in *graecis & ebraicis* proficere cupiunt, sua opera numquam deerit. In primis integra *biblia ebraica*, initio capto a *Mosaicis* libris, perlegere animus est, idque e ratione, ut nulla vox sine explicatione praetermittatur. Lubens etiam iis, qui simili modo totum *nonum Test.* graecum pertractare suo ductu voluerint, gratificabitur, non grammaticae minus, quod ad difficiliore voces, quam philologicae & criticae, cuncta pertractaturus. Addet, si desideretur, scriptorem quemdam faciliorem *graecum*, eumque vel *ecclesiasticum* ex patribus, veluti *MACARIVM, CHRYSOSTOMVM* de sacerdotio, vel exterum *THEOPHRASTVM, APOLLODORVM, PLUTARCHVM*, alium. Neque, quantum in se est, *antiquitatum* studium & *orientales* litteras negliget, si modo hae Musae suos inueniant amatores.

CHRIST. LUDOV. GERSTEN,

Math. Pr. O. & R. S. Lond. Sod.

Publice *Opticas* scientias, & *Astronomiam, Geographiam* atque *Chromatologiam* tractabit. Priuatim *cursum mathematicum* de nouo exordietur.

CHRIST



CHRISTOPH. LVD. RVDIGER,

PP. Definit. & V. D. M.

IN enodandis officiis Puffendorffianis adhucdum occupatus est, quibus ad colophonem deductis, in parte politica, quae de officiis civis agit, B. Cancell. Joh. N. c. Hertii Elem. prud. civil. perpetuo conferendo, pari industria versabitur. Nec fata ecclesiae novi foederis B. Rechenbergii Summarii H. E. vestigia lecturus, desiderantibus recensere abnuet, Sicut ad optimos quoque in eruditionis quovis genere auctores noscendos, collegio litterario reali, suos fideliter manuducet.

Habebunt etiam Generosi & Nobilissimi Cives occasionem in arte equestri, in ludo palaestrae, in arte commode & perite saltandi, nec non in linguis exoticis, Gallica, Italica, apud exercitiorum istorum & linguarum magistros, publica auctoritate constitutos, admodum idoneos proficiendi.

